

11

III. Honorius pápa (1216–1227)

Levele a kalocsai érsekhez¹

1225. augusztus 23

Ú j a b b k i a d á s o k :

Georgius Fejér, *Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis* (Budae: Regia Universitas), III. 2. 49

Augustinus Theiner, *Vetera monumenta historica Hungariam Sacram illustrantia*, I: 1216–1352 (Roma: Typis Vaticanis, 1859; reprint, Osnabrück: Zeller, 1968), p. 60

Friss Ármin, *Magyar-zsidó oklevéltár / Monumenta Hungariae Judaica*, I (Budapest: Wodianer F. és Fiai, 1903), pp. 6–8, no. 10

Honorius etc. venerabili fratri, Colocensi archiepiscopo et suffraganeis eius salutem. Intellecto iam dudum, quod charissimus in Christo filius noster, Hungarie rex illustris, alienaciones quasdam fecit in preiudicium regni sui et contra regis honorem, nos super hoc affectione paterna consulere cupientes, eidem regi dirigimus scripta nostra, ut abalienaciones predictas, non obstante iuramento, si quod fecit de non revocandis eisdem, studeat revocare; quod cum teneatur, et in coronacione sua iuraverit et iura regni sui et honorem corone illibate servare, illicitum profecto fuit, si prestitit de non revocandis alienacionibus huiusmodi iuramentum et propterea penitus non servandum. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatenus dictum regem ad id moneatis attente, ac diligenter inducere procuretis ad hoc. De discrecione vestra miramur, causam contra vos admiracionis et excommunicacionis habentes ex eo, quod cum in Toletano concilio statutum fuerit et in generali postmodum innovatum, ne Christi blasphemus publicis officiis preficiatur, cum nimium sit absurdum, ut tales in christianos vim exerceant potestatis, vos, ut intelleximus, conniventibus oculis sustinetis per iudeos atque paganos statutum huiusmodi violari, quamquam publice in synodis vestris protuleritis excommunicacionis sententiam in omnes, qui eisdem officiis preficerent infideles, et idem rex vobis iam dudum direxerit scripta sua, in quibus lege perpetuo duratura se statuisse dicebat, ne in regno Hungarie ullo unquam suo vel heredum suorum tempore tales preficiantur officiis supradictis. Audivimus insuper, quod saraceni per dissimulacionem vestram multa in partibus vestris habeant mancipia christiana, que cum emant libere quando volunt, pro arbitrio suo dominantur eisdem, secundum ritum ipsorum ea vivere compellentes. Preterea quod est plurimum miserabile, nonnulli rustici christiani sponte se transferentes ad ipsos et eorum ritus sectantes, saracenos se publice profitentur ex eo, quod in plurimis levior saracenorum condicio, quam christianorum existit. Quia vero negligere, cum possitis perturbare perversos, nihil est aliud, quam fovere, ac consentire videtur errantibus, qui viciis et peccatis, que debet corrigere, non occurrit; ita in hoc negligenciam vestram

¹ A címzettet a levél nem nevezi meg. Ebben az időben Csák nembeli Ugrin volt a kalocsai érsek (1219–1241), aki különösen a balkáni eretnekségek elleni harcban tüntette ki magát. A tatárok kardjától esett el a muhi csatában (1241).

redimatis per diligenciam subsequentem, quam maiorem solito adhibere curetis, ne christiani nominis contumelia in vos cadere dignoscatur, et nos peccatum huiusmodi negligencie tam intolerabilis, que cum sit nimia, culpe annumerari potest, non cogamur durius exprobrare: nefas est enim ut sacri baptismatis unda renatus infidelium ritu vel conversacione foedetur, aut religio christiana subiecta infidelibus polluat, seu blasphemus ipsius redemptum sanguine Christi domini obnoxium detineat servituti. Datum Reate, decimo kalendas Septembris, anno decimo.

Honorius stb.² üdvözlétét küldi tiszteletre méltó testvérének, a kalocsai érseknek és segédpüspökeinek.

Mivel már rég megtudtuk, hogy Krisztusban legkedvesebb fiunk, Magyarország jeles királya bizonyos elidegenítéseket ütött nyelvbe országának kárára és a király tiszteletével összeférhetetlen módon, mi – mivel ez ügyben atyai szeretettel kívánunk tanácsot adni neki – a nevezett királyhoz intézzük írásunkat, hogy igyekezzék visszavonni a fent említett elidegenítéseket, ha ezt nem gátolja meg valami eskü, amit arra tett, hogy nem fogja őket visszavonni – amennyiben pedig ez fennáll, holott koronázásakor is megesküdtött, hogy országának jogait és a korona tiszteletét csorbítatlanul megőrzi, egyértelműen tilalmas dolgot cselekedett, ha letett egy ilyen esküt arról, hogy nem fogja visszavonni az elidegenítéseket, épp ezért egyáltalán nem szabad megtartania. Ezért aztán papi testvériségednek apostoli írásunkkal szilárdan előírva megparancsoljuk, hogy az említett királyt buzgón intsetek erre, és azon legyetek, hogy szorgalmasan terelessétek ebbe az irányba. Elnéző magatartásokat illetően csodálkozunk: helye van ugyanis veletek szemben a csodálkozásnak és a kiközösítésnek is, annak alapján, amit jóllehet a toledói zsinaton³ határozatként rögzítettek, később pedig általánosan megújítottak – tudniillik hogy Krisztus káromlója ne kerüljön állami hivatalba, mivel fölöttébb botrányos, hogy ilyenek gyakoroljanak hatalmat keresztények fölött –, ti, mint megtudtuk, szemet hunytok afölött, hogy zsidók és pogányok alkalmazása révén megszegik ezt a határozatot, bár zsinataitokon nyilvánosan kimondtátok a kiközösítés ítéletét mindenkire, aki a nevezett hivatalokba hitetleneket ültet, és a nevezett király már régen írást intézett hozzátok, amelyben azt bizonygatta, hogy örökre szóló törvénnyel elhatározta, hogy Magyarország királyságában soha, sem az ő, sem örökösei idejében nem kerülhetnek ilyenek a fent említett hivatalokba. Hallottuk ezenfelül, hogy a ti területetek a szaracénusok – mivel ti eltussoljátok a dolgot – sok keresztény rabszolgát birtokolnak, és mivel szabadon vásárolhatnak ilyeneket, amikor csak akarnak, saját kényük-kedvük szerint uralkodnak rajtuk, kényszerítve őket, hogy az ő rítusuk szerint éljenek. Ezenkívül – és ez a legsajnálatosabb – több keresztény paraszt, önként hozzájuk pártolván és az ő rítusukat követvén, nyilvánosan szaracénusnak vallja magát, azért, mert a legtöbb dologban könnyebb a szaracénusoknak, mint a keresztényeknek. Minthogy pedig elhanyagolni – noha módokban áll megbolygatni az elfajzottakat – annyi, mint támogatni, és aki nem veszi fel a harcot a hibákkal és vétkekkel, amelyeket ki kell

² Latinból fordította Kopeczky Rita.

³ A III. toledói zsinat (i. sz. 589) 14. kánonja.

javítania, az úgy fest, mintha egyetértene a tévelygőkkel, ezért ebbéli hanyagságokat mostantól szorgalommal tegyétek jóvá, amelyet a szokottnál nagyobb mértékben tanúsítatok, nehogy szemmel láthatóan a ti fejetekre szálljon a keresztény név gyalázata, mi pedig arra kényszerüljünk, hogy ennek az oly tűrhetetlen hanyagságnak a vétkét – amely, mivel szerfölött nagy, bűnnek számítható – még keményebben vessük szemetekre: Isten ellen való véték ugyanis, hogy valakit, aki a szent keresztség habjából újjászületett, hitetlenek ritusa vagy a velük való társalkodás rútítson el, vagy hogy a keresztény vallás hitetleneknek alávetve bemocskolódjék, vagy hogy egy Krisztus Urunk vére által megváltott embert az ő káromlója tartson rabigában.

Kelt Reatében, augusztus 23-án, a tizedik évben.